



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

R. P. Thomæ Tamburini È Societate Jesu Opera Omnia

Tamburini, Tommaso

Lugduni, 1689

Approbatio Reverendissimi Vicarij Generalis Sede vacante.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-78172](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-78172)

Carolus Sangrius, Societatis IESV, vicarius Generalis.

Quoniam Opusculum, cui titulus, *Methodus expedita Confessionis*, à P. Thoma Tamburini nostræ Societatis Theologi recognoverint, & in lucem edi posse probaverint; facultatem concedimus, ut typis mandetur, si ita iis, ad quos pertinet, videbitur. In quorum fidem has litteras manu nostra subscriptas, sigilloque munitas dedimus. Romæ 16. Decembris 1645.

CAROLVS SANGRIVS

Ignatius Garganus, Provincialis Societatis IESV, in Sicilia.

Quoniam Appendicem ad *Methodum Confessionis*, à P. Thoma Tamburino nostræ Societatis, de Sigillo Confessionis, compositam ejusdem Societatis Theologi recognoverint, & in lucem edi posse probaverint; facultatem concedimus, ut typis mandetur, si ita iis, ad quos pertinet, videbitur. In quorum fidem has litteras manu nostra subscriptas, & nostro sigillo munitas dedimus. Mellanæ, die 28. Martij, Anno 1649.

IGANTIVS GARGANVS.

Vincentius Carrafa, Societatis IESV, Prapostus Generalis.

Quoniam *Methodum expedita Communionis*, à P. Thoma Tamburino nostræ Societatis Sacerdote compositam, aliquot ejusdem Societatis Theologi recognoverint, & in lucem edi posse probaverint; facultatem facimus, ut typis mandetur, si ita iis, ad quos pertinet, videbitur. Cuius rei gratia has litteras manu nostra subscriptas, sigilloque nostro munitas damus. Romæ 29. Decembris 1647.

VINCENTIVS CARRAFA.

Vincentius Carrafa, Societatis IESV, Prapostus Generalis.

Quoniam Opusculum tertium P. Thoma Tamburini nostræ Societatis Sacerdotis, de *Sacrificio Missæ expeditè celebrando*, aliquot ejusdem Societatis Sacerdotes recognoverint, & in lucem edi posse probaverint; facultatem facimus, ut typis mandetur, si ita iis, ad quos pertinet, videbitur. Cuius rei gratia has litteras manu nostra subscriptas, sigilloque nostro munitas damus. Romæ 1. Ianij, 1648.

VINCENTIVS CARRAFA.

Iudicium R. P. Augustini Caetani, Theologi, Societatis IESV.

Reverendissime Domine. Vidi tria Opuscula P. Thoma Tamburini Societatis nostræ, de *Confessione cum eius Appendice*, de *Communione*, de *Sacrificio Missæ*; & quidem primum & secundum iam luce donata, nec vulgari planu excepta, etiam extra Sullum ex præcipuis Italici Urbibus, faciem præluxere tertio, quod nunc primum prodit sub auspiciis Dominationis vestræ. Atque equidem non ambigo de communi approbatione, cum huic tertio non desint aliorum dotes, perspicua brevitatis, & exactæ rationis tractatio, iuxta solida & inconcussa principia: quo fit ut inoffenso pede errant universæ, & nihil in iis deprehendatur, quod Catholicæ fidei, aut bonis moribus adverferet Panormi, Kalendis Novembris, 1648.

AVGVSTINVS CAETANVS, Societ. IESV.

Iudicium R. P. Melchioris Balducci, Theologie Lectoris, & in Siculo Sanctæ Inquisitionis Tribunali Qualificatoris, & Consultoris.

Ex commissione Reverendissimi D. Francisci Salerno, Prioris Ecclesiæ S.ctorum Laurentij, & Philippi, Canonici Panormitanæ Cathedralis Ecclesiæ, & Vicarij Generalis Capitularis Sede vacante, recognovi tria Opuscula, quorum primum est de *Confessione*, cum *Appendice*; secundum de *Communione*; tertium verò, de *Sacrificio Missæ*, Authore, R. P. Thoma Tamburino, & nostræ Societatis; & in iis non modo nihil reperi, quod Orthodoxæ Fidei, aut bonis moribus non esset consonum; verum etiam animadverti omnia doctè, sapienterque dicta, dilucidè evoluta, atque ad praxim diligenter deducta, ac digna, quæ non Opusculi, sed magis Operis nomine decorentur; unde existimo ad maximam legentium utilitatem esse quam primum prælo submitrenda. Panormi, die 15. Novembris 1648.

MELCHIOR BALDVCCI, & Societate IESV.

Approbatio Reverendissimi Vicarij Generalis Sede vacante.

Tria Opuscula R. P. Thoma Tamburini, & Societate IESV, non solum ob revelationem, atque eximiam commendationem prædictorum patrum, sed meo etiam iudicio dignissima censeo, quæ typis publicis evulgentur. In iis Author, vir verè doctus, præ methodo, stylo eleganti ac facili, solida doctrina, ac firma, universa fere quæ ad praxim pertinent, de *Confessione*, de *Communione*, ac de *Sacrificio Missæ*, cordate, breviter, eruditè, nihil obsecrè pertractat. Imprimatur ergo, & per omnium manus facilius circurret. Panormi, die 2. Decembris 1648.

D. FRANCISCUS SALERNO V.G.S.V.